DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Weihe - und Ablassbrief

Pfarrarchiv Serfaus

21.11.1497

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7664.A8

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-65778

Visual Library

Conradus dei et apostolice sedis gratia episcopus Bellinensis Reverendissimi in cristo patris et domini domini Melchioris episcopi Brixinensis
in pontificalibus suffraganeus generalis vniuersis et singulis cristifidelibus presentibus et futuris Salutem in domino sempi-
ternam Vniuersitati vestre notum facimus per presentes Quod nos chorum Capelle sancti Georgij plebis Tersaus Brixinensis
diocesis vna cum summo altari in honore Sancti Georgij martiris secundum ritum et consuetudinem sancte Romane ecclesie et sanctorum
patrum instituta Insuper predicto quoque altari sanctorum pauli et bartholomei apostolorum Vigilij et nicolai pontificum De tumba
Elizabeth regine Et de sancta cruce Et aliorum sanctorum reliquias quorum nomina scripta sunt in libro vite in ipso altari inclusis
sepeliuimus ac sollempniter consecrauimus Instituentes festum dedicationis chori et predicti altaris feria secunda penthecostes perpetuis
futuris temporibus celebrari Cupientes preterea vt dicta capella debitis venerentur honoribus et a cristifidelibus iugiter fre-
quentetur omnibus et singulis vtriusque sexus fidelibus vere penitentibus confessis et contritis Qui in natiuitatis Circumcisionis
Epiphanie Cene domini Resurrectionis Ascensionis Penthecostes Trinitatis ac corporis domini nostri Ihesu Cristi beatissime
semperque virginis marie quotiens in anno occurrerint beatorum petri et pauli et aliorum apostolorum necnon dedicationis ac patronorum
capelle et altaris festiuitatibus causa deuotionis accesserint aut deuote visitauerint ac de bonis sibi a deo collatis
manus porrexerint adiutrices de omnipotentis dei misericordia ac beatorum apostolorum eius petri et pauli confisi suffragiis
quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus Harum testimonio litterarum
sigilli mei appensione munitarum Datum et actum in capella predicta Anno a natiuitate domini Millesimo Quadringentesimo
nonagesimo septimo die vicesima prima mensis nouembris

Conradus dei et apostolice sedis gratia Episcopus Bellinen. Reverendissimi in christo patris et domini domini Melchioris episcopi Brixin.
in pontificalibus suffraganeus generalis universis et singulis christifidelibus presentibus et futuris salutem in domino sempi-
ternam. Universitati vestre notum facimus per presentes quod nos chorum capelle sancti Georgii plebis Tzersaus Brixinen.
diocesis una cum summo altari in honore sancti Georgii martiris secundum ritum et consuetudinem sancte Romane ecclesie et sanctorum
patrum instituta in supradicto quoque altari sanctorum Pauli et Bartholomei apostolorum Vigilii et Nicolai pontificum de tumba
Elizabeth regine et de sancta cruce et aliorum sanctorum reliquias quorum nomina scripta sunt in libro vite in ipso altari inclusimus
sepelivimus ac solempniter consecravimus instituentes festum dedicationis chori et predicti altaris feria secunda penthecostes perpetuis
futuris temporibus celebrari. Cupientes preterea ut dicta capella debitis venerentur honoribus et a christifidelibus iugiter frequentetur
omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus vere penitentibus confessis et contritis qui in nativitatis, circumcisionis,
epiphanie, cene domini, resurrectionis, ascensionis, penthecostes, trinitatis ac visitationis corporis domini nostri Jhesu Christi, beatissime
semperque virginis Marie quotiens in anno occurrerint, beatorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum patronis dedicationis ac patronorum
capelle et altaris festivitatibus causa devotionis accesserint aut devote visitaverint ac de bonis sibi a deo collatis
manus porrexerint adiutrices de omnipotentis dei misericordia ac beatorum apostolorum eius Petri et Pauli confisi suffragiis
quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Harum testimonio litterarum
sigilli mei appensione munitarum. Datum et actum in capella predicta anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo
nonagesimo septimo die vicesima prima mensis novembris.

No 17 St. Georg Cappell [illegible]

[illegible] oder [illegible]:

[illegible] Vnd [illegible] und [illegible]

der St. Georgens Kirche in der

[illegible] [illegible]

Anno 1497. den 25 des Novembr.